

privilegium Apostolicum, super vera separatione territori...

Et de consequenti intrare non potest prescriptio in actibus...

12 Tertius demum est casus centenariae verae, atque in omnibus...

In primo siquidem casu, nulla cadere videtur probabilis...

13 In altero autem casu, quod scilicet constat de diverso, vel contrario...

Ventum in ista specie, seu materia territorii separati, nimirum...

dernarum concessionum, de quibus supra, disc. 7. & 8.

Et fortius, quoniam ab isto lapsu centenarii temporis...

14 Istam itaque dicebam videri, veram germanamque huius...

Quando etenim id in facto subsisteret, adeo vereremur...

Et quamvis adversus hanc, praesertim vero adversus dictam...

Neutra vero huiusmodi responsionum obliare videbatur...

deduceretur tamquam titulus, vel melior probatio, juxta...

18 Potissimum vero, & fortius ubi confessio non est nuda, sed...

Urgentissimum quoque administrum, praesupposita pacifica...

19 Illo quoque ponderato nimirum probabili, & efficaci ad...

forialibus Archidiaconi, eodem modo, quo ordinatur Subdi...

In disputationibus habitis in tertia instantia coram Taya...

Adhuc tamen, ut patet ex eisdem dec. 44. part. 13. & 21...

21 Quamvis autem in huius nova disputationis preparatione...

Et quoad dictas responsiones, omnino insubsistentes vide...

Et quoad alterum motivum male fidei, illud quoque vide...

Potissimè quoniam agitur de dignitate, que in tempora possessa fuit, per diuersas personas inter se independentes; Et magis quia, potius in eis adesse, & confirmari potuit bona fides ex Archiepiscoporum patientia, & permissione, & ex aliis actibus, & argumentis, de quibus supra, quodque dicta Constitutiones Synodales non continent huius jurisdictionis novam, ac formalem concessionem ex integro, ac propterea induci poterit mala fides ex dispositione juris denegantis Episcopo hanc potestatem, sed potius procedunt per viam declarationis, ac agnitionis veritatis jam ab antiquo præexistens, idcirco non videbatur quomodo termini malæ fidei desuper cadere possent.

CALARITANA CONFESSIONIS LICENTIA, PRO ARCHIEPISCOPO CALARITANO, CUM ARCHIEPISCOPO ARBOREN. ALIISQUE EPISCOPIS.

Causa disputatus in Sacra Congregatione Concilii.

An Ordinarius teneatur inuitus licentiam dare Episcopo, alterius diocesis exercendi jurisdictionem, & pontificalia cum suis subditis, in eius diocesi, vel territorio; Et qui actus in aliena diocesi fieri possint sine dicta licentia; Et incidenter de obligatione residentia ad ea, de quibus supra, disc. 24.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Quomodo Ecclesiastica immunitas defendenda, & conseruanda sit melius.
3 Dubia cum resolutionibus.
4 Non possunt exerceri pontificalia in aliena diocesi.
5 De actibus, qui possunt exerceri in aliena diocesi.
6 An & quale examen teneri possit in aliena diocesi; & an concursus ad parochiales.
7 Jurisdictio contentiosa non potest exerceri in alieno territorio.
8 De actibus, qui etiam in hoc tempore in alieno territorio exerceri possunt.
9 De actibus, & tractatibus honorificis, & præminentialibus in aliena diocesi.
10 Quando Ordinarius prohibeat Episcopo extero etiam tractamenta honorifica.
11 An & quando Ordinarius teneatur pati, quod alter Episcopus in eius diocesi exerceret jurisdictionem.
12 An & quando insalubritas aeris loci Cathedralis excuset a residentia.
13 De temporibus ordinationum.
14 Quando Episcopus residere non potest in diocesi, quod residere debeat in loco vicino.
15 Non datur nisi unum Tribunal Episcopale, & unus Vicarius Generalis.
16 De literis hortatorijs, vel requisitorijs pro executione in diocesi extræ proprium territorium.

D I S C. XCIII.

EX motivo insalubritatis aeris propriæ diocesis, aliquibus Episcopis Insulæ Sardinæ, præsertim verò Archiepiscopo Arborensi, vulgo Orestan. residentiam penè continuam habentibus in Regia Civitate Calaritana, in qua frequentius resident Prorex, & suprema illius Regni Tribunalia, conuenit Archiepiscopus ejusdem Civitatis beneuolè requisitus esse licentiam tribuere, ibi exercendi pontificalia cum proprijs subditis, & præsertim circa collationem ordinum; Cumque paulatim, idem Episcopi cepissent in dicta Civitate cognoscere aliquas propriarum diocesium causas contentiosas, illas præsertim, quæ concernent materiam fori, vel Ecclesiasticæ immunitatis localis, & realis, aut personalis, idque præsertim Archiepiscopus Diecesanus non laudaret ac propterea licentiam denegaret, ex nimium probabilis, & prudenti motivo, effugiendi hujusmodi jurisdictionales controversias in ipsamet Regia, seu Metropolitanæ Civitate, cum supremis Magistratibus, ne ita aliorum Episcoporum imprudentia, vel indifferens, malèque regulatus zelus Ecclesiasticus, interromperet illam quietem, ac beneuolentiam qua mediante, longè melius Ecclesiastica immunitas, ac justitificatio conseruatur; Hinc dicti Episcopi, & præsertim præfatus Archiepiscopus, Arborens. aduersus hanc denegatam licentiam concessionem, que ibi pro re-

gionis loquendi usû, concessio territorij dicitur, Sacram Congregationem adierunt, ita se conuersus indebitè gravatos; Ipsaque Congregatio pro ejus stylo scribente Archiepiscopo pro informatione, ad istius effectum, ejus Agentibus, me consensu, dixi, quod non solum ab indebitis recuribus excusatio faciendâ erat, sed etiam recompendendo residentiam præcipere eatur.

Quare tria ex hac parte proposita fuerunt dubia, ita per ipsummet Archiepiscopo concepta.

Primo nempe, an Episcopus in aliena diocesi cum proprijs subditis utramque contentiosam, & voluntariam jurisdictionem, & pontificalia exercere valeat, sine Ordinarij loci licentia.

Secundo, an Ordinarius requisitus eam concedere teneatur; Et tertio, an dicta licentia peti debeat nomine ipsius Episcopi, vel sufficit, ut petatur nomine ejus Procuratoris Fiscalis.

Scribens itaque pro Archiepiscopo diecesano; Quatenus pertinet ad primum, me excusabam cum desiderio Principalis, dum alias agnoscebam, quod esset dubium incongruum, ut potè in re expressè, ac literaliter decisa per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 6. de reformat. cap. 5. & sess. 23. etiam de reformat. cap. 8. circa usum pontificalium in aliena diocesi absque licentia diecesani, atque habetur supra hoc eodem tit. disc. 20. & in annot. ad idem Concil. disc. 6. & 14.

Circa verò exercitium jurisdictionis, distinguendo voluntariam à contentiosa; Prima species, quoties non exigat exercitium pontificalium, minique formam judicij, vel Tribunalis, nullam habere videtur prohibitionem, Puta in collatione beneficiorum absque oppositione; Sive in deputatione Vicarij generalis, aliorumque officiorum, vel in delegatione causarum, aliisque similibus actibus; Ac etiam in concessione primæ tonsuræ, quoniam cum ista aliud non importet, nisi simplicem adscriptionem militiæ clericali, atque licet ex magis recepta opinione, constituat personam in ordine Ecclesiastico in genere, & impingat speciem characteris indelebilis, ad effectum reuassumptionis habitus, & status rituales, etiam post dimissionem, nihilominus non est ordo particularis, qui certam habeat formam, vel solemnitatem, in collatione cum usu pontificalium; Respectu verò aliorum ordinum, etiam Sacrorum, concedere potest ex alieno territorio, absque licentia Ordinarij literas dimissoriales pro eis suscipiendis, à certo, vel incerto Episcopo Catholico, qui Sedis Apostolicæ communionem habeat.

Prout ad hunc effectum Ordinum, prohibendum non videtur in aliena diocesi, absque Diecesani licentia, tenere examen formatum cum interventu plurium examinatorum per quandam speciem Collegij, seu Tribunalis, quoniam id non tollit, quin iste sit actus merè voluntariæ jurisdictionis, absque oppositore, vel absque aliqua coactione examinatorum, dum isti voluntariè ad agunt, ita se exhibendo ostendere eorum idoneitatem ad effectum obtinendi licentiam, super promotione ab eis desiderata; Idemque in eo examine, quod teneatur eorum, qui cupiunt obtinere facultatem attendendi confessiones Sacramentales, sive illorum, qui sine oppositore ob pacificam vacationem provisum fuerint de beneficijs, per Sedem Apostolicam, in forma rigorosa, quæ dicitur dignum, directæ scilicet Ordinario sub conditione, quatenus cum dignum, & idoneum repererit, quoniam in prædictis casibus Examinatores non habent votum decisivum, sed solum solutivum, eoque potest Episcopus non adhibere, sed examinare per se ipsum, vel etiam sine examine, per extrajudiciales etiam occultas informationes, se certificare de idoneitate; Aut quia ea notoria sit in loco, sive quod alia occasione sibi innoteat, cum similibus, quibus eadem congruat ratio.

Secus verò in illo formali, & solemnè examine, quod per necessesse tenendum est, ab Examinatoribus Synodalibus in provisione parochialium, juxta formam præscriptam à Concilio Tridentino, ex deductis in sua materia sub tit. de Paroch. disc. 1. & segg. & 37. quoniam, dum Examinatores habentes votum decisivum, constitunt formale Collegium, seu speciem Tribunalis inter plures concurrentes, aliquos approbando, & aliquos reprobando, acta & processus desuper conscribendo, ideoque redeo et speciem jurisdictionis potius contentiosæ, quam voluntariæ, ac propterea praxis est, quod quando Episcopus sit absens, atque in aliena diocesi moretur, concursus fiat coram Vicario Generali, eoque perfectò, transmittatur Episcopo nota approbatorum, ex quibus præelectionem sibi incumbentem faciat, cum provisione ben-

nesicii, quando ea esset ordinaria, vel cum concessione testimonialium, quando fieri debeat per Sedem Apostolicam, dum post peractum concursum, iste actus dicitur extrajudicialis, & voluntariæ jurisdictionis, qui in diverso loco, & in diverso tempore explicari potest per Episcopum, quamvis eorum co concursus habitus non fuerit, ut dict. disc. 1. de Paroch.

In altera verò specie jurisdictionis contentiosæ, extra omne dubium est, ut exerceri non possit, ex generica dispositione utriusque juris Civilis, & Canonici, ex iis quæ habentur supra, disc. disc. 20. hoc tit. ac etiam in Miscellan. Ecclesiasticis, lib. 14. disc. 22. occasione agendi de impartitione brachii pro executione illorum actuum jurisdictionalium, qui in propria diocesi, vel proprio territorio demandati fuerint.

Verum in hac specie prohibendum non videtur, extra proprium territorium, etiam sine Ordinarij loci licentia, face- re idem quod supra de examine promovendorum ad ordines, vel ad confessiones, sive providendorum de beneficijs est dictum; Quinimo etiam in magis contentiosa forma contradictoria cum Advocatis, & Procuratoribus Partium, quatenus Civili, vel in Criminali causa introducta, & pendente in Tribunali Episcopali, quod intra diocesim regat Vicarius Generalis cum Notario, & Promotore Fiscalis, aliisque Officialibus, & Ministris, Episcopos, qui in aliena moretur diocesi per informationem extrajudicialem certiorari vellet ex statu, & meritis causæ, summoque votum præbere, vel indicare, juxta quod Vicarius procedere, ac sententia debeat, quodque ad hunc effectum aliquos adhibeat Jurisperitos, cum quibus Congregationem, tanquam per speciem Tribunalis teneat, atque in ea Partes etiam in contradictorio cum earum Advocatis, & Procuratoribus audiat, dum in effectu sit actus extrajudicialis, atque contentendium Partium inuitivus potius, quam coactivus; Quemadmodum enim non prohibetur Episcopus in causis pendentibus in proprio Tribunali, deputare unum, vel plures Assessores, vel Consultores, etiam laicos, in aliena diocesi morantes, Partes monendo, ut illis informet, idque in contradictoria forma sequi potest ac solet, ad effectum, ut cum hujusmodi Consultorum voto in procedendo, & judicando ipse Episcopus, vel ejus Vicarius se regulare debeat. Ita nulla videtur ratio, quæ prohibeat, quin idem Episcopus cum sibi vilijs peritis, & Consultoribus id agat, dummodo tamen acta judicialia fiant in territorio, Ad instar eorum, quæ habemus in Curian Tribunalibus Rotæ, & Cameræ, ac Auditoris Cameræ, & alius, circa dies juridicas, & feriatis respectivè, quod scilicet, sententia, & decreta, aliæque acta judicialia fieri non possunt, nisi in diebus juridicis non feriatis, & tamen in diebus feriatis, & non juridicis in Tribunali Auditoris Cameræ adiunguntur informationes Partium in contradictorio cum Advocatis, & Procuratoribus; Ac etiam in Rotæ, & Cameræ consuntur resolutiones per speciem voti, ad cuius normam postmodum in die juridica referuntur sententia, vel sunt decreta, aliæque acta ex insinuat in Relatione Cur. disc. 32. & segg. cum similibus.

Et quoad actus honorificos, seu præminentiales in aliena diocesi obtinendos, vel exercibiles absque Ordinarij licentia, juxta insinuatam etiam supra, disc. disc. 20. ea videtur verè, & recepta distinctio, quod, aut agitur de illis præminentibus, quæ redolent jurisdictionem, & pontificalia, ut (ex gr.) sunt benedictio populum, sedere sub throno elevato, fere baldachchino, deferre crocem, & mozzettam, ac familia; Et tunc id non licet; Itaque adeo verum, ut neque id liceat ipsi Metropolitano in propria Provincia, quoties in ea non sit occasio exercendi juris Metropolitanici, ut advertitur in annot. ad Cancil. Trident. disc. 6. & 14. Aut verò de merè honorificis tractamentis ratione Prælatuæ, & Episcopalis dignitatis, puta in genuflexorio, cum pulvinariibus, & strato, vel in aliqua honorifica Sede, cum qua, à reliquo populo distinguitur, sive cum aliquo occurru, vel affectione, cum similibus actibus, qui congruente potius, quam jurisdictioni referendi veniunt, sine exercitio pontificalium; Et tunc id nullam habet prohibitionem legis, nisi accedat illa hominis, quia nempe ipse Ordinarius, vel diecesanus id fieri prohibeat.

Ita verò prohibito fieri potest in Ecclesijs, & locis sibi subditis, non autem in exemptis, in quibus prohiberi possunt, imò prohibiti sunt præfati actus præminentiales, qui redolent jurisdictionem, non autem illi merè urbani, & honorifici, ut fuisse resolutum per Sacram Congregationem Rituum advertitur in annotationibus ad dictum disc. 20.

Benè verum, quod id recipiendum quoque videtur, quæ-

tenus jultum, ac rationabile motivum prohibendi non accedat, adeò prohibito, vel denegatio emulatio, vel incivilitati potius referenda veniat; Secus autem iusta causa accedente, ob quam etiam in locis exemptis intrare valeat Ordinarij loci delegata jurisdictione in genere illarum rerum, quæ respiciunt cultum Divinum, vel curam animarum, ut ita scilicet, cum denegatione etiam hujusmodi honorificorum actuum, indifferetè coarctantur Episcopi ad residendum in propria diocesi, & non evagentur per diocesanes alienas, ibique morando, ipsius Ordinarij, vel diecesani regimen inquietent, vel perturbent, ut quandoque praxis docet.

Quo verò ad secundum dubium, dicebam quod nullibi cautum est in jure, ut teneatur quis invitus pati, quod alter in ejus propria domo absque necessitate exerceat illos actus jurisdictionales, quos exercere debet in domo propria, quoties non accedat iusta causa, qualis, exempli gratia, dicenda venit illa in casu, de quo supra, disc. 20. vel quia Episcopus ob dissidentiam Principis, vel ex alio accidenti non possit residere in diocesi propria, unde residendo in aliena jultè cupiat per se ipsum propriis diecesanis Ordinibus conferre, cum similibus casibus, quibus eadem congruat ratio.

Ita verò coactio, quam lex induxit in ordinarijs locorum Magistratibus, ut brachium implorantibus impertiri debeant; percutit diversum casum, de quo dict. disc. 22. Miscellan. Ecclesiasticis, quod scilicet, in personis vel bonis, quæ in aliena sint diocesi, oporteat exequi ea, quæ jam legitime in proprio territorio decreta fuerint, non autem quod voluntarium exercitium illorum actuum, qui in propria Ditione explicari solent ac debent.

Eandemque distinctionem, de qua supra adhibendo, inter jurisdictionem voluntariam, & contentiosam; Quatenus pertinet ad primam, præsertim circa collationem Ordinum, vel consecrationem lapidum, & votorum sacrorum, adeò oportet exercere usum pontificalium; Advertebatur, quod tunc accedere videretur iusta causa, ac propterea injulta esset Ordinarij loci denegatio licentiæ, quod Sacra Congregatio concederet, per concedi præcipere, juxta ea que in jure habemus, de suppletionem per Judicem faciendâ illius contentus, qui indebitè denegaretur, quando dicta ratio iusti impedimenti urgeat, ne id sequi possit in propria diocesi, quia nempe impedimentum esset perpetuum, fere continuum; secus autem ubi agatur de isto insalubritatis aeris; Quoniam ea est localis, ideoque si cadit in ipsa Civitate, in qua sita est Cathedralis, non per hoc resultat jultum impedimentum id peragendi in propria diocesi, dum rectè quel potest in alijs locis salubrioris aeris diocesis, intra quam Episcopus residere debet.

Quemadmodum etenim Episcopus non teneatur semper residere in Civitate, sive apud Ecclesiam Cathedralis, sed residendo in quacumque parte diocesis residentia obligatio satisfacta, ibique Tribunal erectum habere potest, ex deductis supra, disc. 22. & 24. Ita è conversò non ex eo, quod Civitas, vel locus Cathedralis aliquod impedimentum habeat, excusatur ab onere residentia, quod explere potest in alijs partibus diocesis, juxta exemplum Episcopi Gebennensis, & Archiepiscopi Complani, Episcopi Vulturariensis, & Caputaquensis plurimumque similibus.

Præterea ubi hoc impedimentum insalubritatis aeris verificaretur in tota diocesi, quod nimium raro deducitur ad praxim, illis exceptis Episcopatibus, qui nullam habeant diocesim, sed restricti sint ad solam Civitatem, ejusque angustum territorium, quorum mentio habetur supra, ac etiam sub tit. de præminentibus, disc. 6. in fine. Adhuc tamen ad istum effectum collationis Ordinum, id in nulla consideratione habendum esse dicebam; siquidem iustum impedimentum aeris locum habet temporibus Æstatis, & Autumni, non autem in alijs Hyemis, & Veris, ut notoria praxis docet; Ordinationes autem generales statuta sunt, penè omnes in his ultimis temporibus Hyemis, & Veris, siquidem sex sunt ordinationum tempora, ut advertitur in annotationibus ad Sac. Concil. Trident. disc. 14. nempe; In Sabbato quatuor Temporum Decembris; In alio Sabbato quatuor Temporum Quadragesimæ; In Sabbato ante Dominicam Passionis, vulgo Sistentes; In Sabbato Sancto; In Vigilia Pentecostes; Et Sabbato quatuor Temporum Septembris; Et sic isto ultimo tempore excepto, reliqua omnia, utpote Hyeme, vel Verè, istud non habent aeris impedimentum, quinimò omnia sunt in illis diebus, in quibus Episcopus præcisè residere debet apud Cathedralis, adeò non sufficit esse in diocesi, juxta Decretum Concilii Trident. disc. 23. de reformat. cap. 1. ut in specie habetur dict. disc. 24. igi-

tur multo minus concedendum est, ut morari liceat extra diocesis, adeoque excoletur verificabilis est in unica ordinatione Septembris, quam nulla cogit necessitas habere, dum quinque alia tempora superfluit.

Præterea advertendam, quod etiam in tempore impedito, permittendum non est pro ipsius Episcopi oblectamento, vel majori commoditate, longè abesse à proprio Ovili, quoniam faciendum totum id, quod potest ex parte sua, morari debet in loco, quo magis fieri potest proximo, ut ita facilis, & promptus fit Subditorum recursus ad eum, ipsique promptè occurrere valeat casibus contingentibus, istaque vicinitas opportunitatem præbet, ut hujusmodi functiones in propria diocesi fieri valeant, accedendo scilicet ad locum proximum de manè, & redeundo de sero, cum ita insalubritas aeris non obstat. Ac propterea per idem Concilium Tridentinum, & Apostolicas Constitutiones, ac etiam per praxim Datarie, & Cancellarie Apostolicæ edocetur, quod Sede Episcopali vacante, ea que Episcopo incumbunt, seu committenda essent, committuntur Episcopo viciniori, non autem Metropolitanò, vel alteri remotiori; Ergo multo magis Episcopus proprius, quando in iustè impeditus morari intra limites propriæ Diocesis, prout obligatio exigit, morari debet in loco adiacenti.

74 Quod verò ad alteram speciem jurisdictionis contentiosæ; Dicendum est procedere magis de plano pro negativa, ex solo facto, ex quo jure oriatur, quod scilicet in propria Diocesi retinetur Vicarius Generalis cum Notario, & Promotore fiscali, aliisque officialibus constitutibus Tribunal, & per consequens dandum non est aliud Tribunal Episcopale, dum ex deductis supra d. disc. 12. cum seqq. etiam in ipsamet Diocesi, non datur nisi unicum Tribunal aequè constitutum ex Episcopo, & Vicario generali, cujus pluralitas non datur, adeo ut alii officiales locales, quamvis honorificentia gratia eundem habeant titulum Vicarii generalis, revera tamen funt Vicarii foranei, solumque Episcopo volente, non autem invito verificabilis videtur duplicitas Vicariorum, & Tribunalium in duobus Cathedralibus, vel Diocesisbus aequè principaliter unitis, ut locis citatis advertitur, & alibi pluries, & præsertim in praxi contingit Sede Episcopali vacante, quod duo constituuntur Vicarii generales per cujuslibet respectivè Ecclesiæ Capitulum, ex deductis sub tit. de Canonice & Capitulis d. disc. 26. & infra sub tit. de præemin. disc. 7. ac etiam in annot. ad Conc. Trid. disc. 31.

75 Hinc opus non est agere de tertio dubio, quoniam si Ordinarius loci invitus non tenetur hujusmodi licentiam concedere, sed totum provenit ab ejus arbitrio, & urbanitate hinc inutilitas species videtur, superbe agere, atque rogare nolle in ius, quæ ex urbanitate, ac benevolentia concedenda sunt.

76 Tunc autem advertendam, quod solæ instantiæ Promotoris sufficere debent, quando ageretur de superioris infinuata brachii necessitate impartitione, pro executione eorum, que jam legitime in proprio territorio decreta sunt; Et nihilominus etiam isto casu, cum stylus universalis sit in utroque foro Ecclesiastico, & laicali adhibere illas literas, que hortatorie, vel requisitorie dicuntur, hinc proinde sine hujusmodi literis, iustè potest Ordinarius id denegare, cum rectè dicere valeat se certificare velle, an idem Episcopus, vel Prælati, qui ita decrevit, extra proprium territorium cupiat iudicari executionem, necne.

NEAPOLITANA INTERDICTI, PRO ARCHIEPISCOPO, CUM ABBATE MONASTERII S. PETRI AD ARAM CANONICORUM REGULARIUM LATERANENSIS.

Causa disputata in S. Congregatione Episcoporum, & Regularium, resoluta pro Archiepiscopo.

An Prælati inferior, qui habeat jurisdictionem in Monasterio, & Ecclesia exempta, possit eandem Ecclesiam interdictio supponere; Et incidenter de iisdem de quibus supra, disc. 26. & in aliis super jurisdictione Ordinarii in Monasteriis Monialium exemptis.

SUMMARIUM.

- 1. Facti series, cum resolutione.
2. Prælati inferior non potest apponere interdictum in Ecclesia, & de ratione, & in quo consistat ejus jurisdictionis.

- 3. An possit de facto tenere Ecclesiam clausam, atque in ea non officiare, vel possit Ordinarius id prohibere.
4. De rebus concernentibus clausuram peritiner ad Ordinarium etiam in Monasteriis exemptis cognoscere.
5. An Ordinarius possit inferiorum Prælatum exemptum ab illa jurisdictione generatim, quod de jure ei non competat.

D I S C. XCIX.

Sequitur occasione bacchanalium lætitarum aliquibus secularium levitatis ante crates Monasterii Monialium nuncupati Regina Coli, quod præsupponitur exemptum ab Ordinario sub jurisdictione, & regimine prælati Abbatis, timens ille ab Archiepiscopo præveniri, & ne in præsentia ejus jurisdictione præjudicium pateretur, hinc eundem Monasterii Ecclesiam interdictio supposit; Quare de his habita notitia per Archiepiscopum, iste informatio capta, aliisque servatis servandis, declarando invalidum & attentatum quicquid à præfato Abbate gestum esset, aliquid dedit provisiones contra illas Moniales, que ex parte interdicti, dicitur levitatis exterioribus assilissent, & que etiam contra ipsos seculares, atque prædictum Abbatem citavit ad dicendum causam, quare non deberet contra eum procedi ad dicendum causam, pro Episcopalis jurisdictionis iustitiam; & usurpatione, ob dicti Interdicti oppositio nem; A quibus Abbate recitatum habente ad Sacra Congregationem Episcoporum, & Regularium, per ipsam improbatum ab eodem dubio facti dictus actus oppositio interdicti, declarando, quod Abbas male, ac temere in hoc processisset; In reliquis autem laudando zelum Archiepiscopi, aliisque ei insinuavit pro hujus Congregationis stylo prudentiales provisiones.

Scribendo itaque in dicta Sacra Congregatione pro subfinita jurisdictione Archiepiscopi, tres constitute inspectiones; Unam scilicet super potestate, & jurisdictione Abbatis apponendi præfatum interdictum; Alteram super jurisdictione Archiepiscopi procedendi ad punitionem tam secularium, quam Monialium respectivè pro dicto excessu; Et tertiam super punitione ejusdem Abbatis, ob dictum actum oppositio interdicti, utpotè reolentem perurbationem jurisdictionis.

Quatenus itaque pertinet ad primam, dicebam, etiam in sensu veritatis, quem sine aliqua dubitatione habuit quoque S. Congregatio, omnino verius esse, quod præsupposita etiam hujus Monasterii, ejusque Ecclesiæ exemptione ab ordinaria jurisdictione Diocessana, & subjectione dicti Prælati Regularis juxta casus, de quibus supra, disc. 18. & 26. Adhuc tamen ista jurisdictionis percuteret correctionem Monialium, in concernentibus disciplinam regularem, & similia concernentia bonum regimen Monasterii, nullatenus verò extendi ad hunc actum subfinitæ Ecclesiæ interdictum, juxta communem, ac receptum sensum Doctorum, etiam Moralium, qui utpotè frequentius Regulares (ut sæpius advertitur) causam propriam agendo in multis, Ordinarii loci jurisdictionem restringere, illamque hujusmodi inferiorum Prælatorum ampliare fatentur; Illam assignantes rationem, quod scilicet jurisdictionis hujusmodi Prælatorum est personalis, non autem localis, utpotè in alieno territorio, ut specie hujus facultatis apponendi interdictum locale firmant Alter, de censur. lib. 2. disputat. 10. de interdict. cap. 5. vers. hæc autem conclusio, & c. Sinar. de cens. disp. 36. sect. 1. num. 2. & 3. Tambur. de jur. Abb. tom. 2. disp. 1. quæst. 5. Castropal. num. 6. disp. 5. par. 3. §. 1. n. 4. & alii committunt.

Inherendo autem stylo non immorandi in solis auctoritatibus, neque de facili jurandi in fide magistris, non pretermissis rationibus per juris principia (ut revera faciendum est) Advertentem præmissam rationem, non omnino solidam, ac tutam esse, quoniam, ut generaliter de monasteriis virorum advertitur aliis relatis apud Zaratum dec. 45. reper. de cif. 348. p. 11. recent. edita in casu, de quo sub tit. de paroch. disc. 23. & magis ad rem in Monasteriis Monialium exemptis apud Bich. dec. 459. reperit. etiam d. p. 11. rec. dec. 373. & alibi pluries, & de casu casu agit supra, hoc tit. d. disc. 18. in Monasteriis adesse dicitur jus territoriale intra ipsorum Monasteriorum ambitum, intra quem Ecclesia quoque continetur tanquam ejusdem Monasterii membrum, seu pars, ut advertitur d. disc. 23. de paroch. & alibi; Et propterea prædicta ratio non videatur omnino solida, & tuta.

Meliorum itaque, & solidiorum reputabam alteram rationem, pluries in præcedentibus insinuatam occasione jurisdictionis Ordinarii diocessani super personis, & Ecclesiis exemptis.

pris, in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum, quod scilicet affirmativa jurisdictione diocessani, ac respectivè negativa Prælati inferioris, confideratur potius in ratione occasionali, vel passiva populi, & Clerici secularis, viventes in diocesi, vel territorio Ordinarii, quoniam supponere Ecclesiam interdictio, percutit magis exercitium jurisdictionis cum ipso Clero, & populo, illos privando, ne in eo Missas aliaque divina celebrare, & peragere, ac respectivè audire possent, quam ipsam Ecclesiam materiam, cujus interdictio non jurisdictionale, sed de facto, in dies sequi dicitur, quando clauduntur janua; Ideoque punctum est in actu jurisdictionali prohibendi Clero, & populo, ne in ea peragant, vel respectivè audiant divina; Et per consequens est exercitium cum non subditis circa concernentia curam animarum ipsorum.

Ideoque ubi etiam sine formali appositione interdicti, Prælati inferior exemptus propriam, vel subjectam Ecclesiam de facto clausam retineri debere mandet, in illis horis, & temporibus, in quibus, tam pro ejusdem Ecclesiæ particulari, quam pro aliarum ejusdem loci generali consuetudine, Ecclesiæ retinetur aperta, tunc potest quoque Ordinarius loci, ex eadem delegata jurisdictione, que in locis exemptis datur ratione curæ animarum, & administrationis Sacramentorum præcipere, ut aliarum Ecclesiarum ad instar, illa aperta retineri debeat, atque juxta consuetudinem officiarum, ne alias in populo scandalum sequatur, quodque eam Ecclesiæ eo interdictio suppositam esse credit; Exemptorum siquidem etiam Regularium privilegia rectè procedunt in casibus personalibus indifferentibus personarum, sed quando idem exempti volunt Ecclesiis habere, & Sacramenta administrare, aliaque divina peragere cum Clero, & populo seculari, tunc jure eorumdem impliciti contra contractus, respectivè, quoad hæc se subijcere videntur Ordinario, quodque sicuti juxta plures declarationes Sac. Congregationis, quarum observantiam in dies idem Regulares exacte curant, cum ejusdem Sacra Congregationis ordinibus, non potest Ordinarius id generaliter eis interdiceret, sed solum restringere prohibitionem ad aliquas personas particulares. Ita è converso in eorum libito, ac libertate positum esse non debet ab eisdem abstinere, quando abstinencia scandalum, & præjudicium parere valeat, juxta ponderationes, de quibus supra, disc. 32. hoc eodem tit.

Quo verò ad alteram inspectionem super punitione, tam secularium, quam ex parte exteriori dictas commiserant levitates, quam Monialium, que ex parte interiori, ante crates, forte excoletibilem ratione temporis assilientiam præstitant; Dicebam pariter etiam in sensu veritatis, quem quoque habuit Sac. Congregatio, ut privativa cognitio esse deberet Ordinarii, non autem Prælati inferioris, qui in hoc se ingerere non potest; Tum quia cum illis secularibus, utpotè & populo, & territorio Ordinarii, ipse Prælati nullam habeat, nec exercere poterat jurisdictionem; Tum etiam quoniam hic actus juxta ponderationes, de quibus supra, d. disc. 18. respicit quoque clausuram, cujus custodia, & cura, etiam in Monasteriis exemptis per Apostolicas Constitutiones Ordinarii saltem jure delegato est commissæ, ut pluries in præcedentibus advertitur, & infra disc. 102.

Ponderabam tamen, quod ut advertitur supra, disc. 4. & alibi, quando iste particularis Prælati pro hujusmodi excessu cum ipsi Monialibus sibi subiectis cumulativè, non autem privativè ad Ordinarium, aliquam punitionem contingant, & proportionatum adhibere vellent ad magis ea coercendum, ne in hujusmodi incidere levitates, atque ita melius conservandi, vel restituendi disciplinam regularem, tunc non videtur ei prohiberi esse existentem regularem, & ponderationibus, de quibus supra, disc. 4. & pluries, quoties tamen facti circumstantie non accedant, ut id fieret in odium, vel contemptum abolitionis, vel respectivè minoris pæne, quam dedisset Ordinarius, quoniam tunc esset dare causam, quod subditus, & inferior redargueret superiorem, ejusque negligentiam suppleret, quod in jure datur solum in casu converso superioris cum inferiore.

Demum scribendo more Advocati, deducebam eadem, que habentur supra, hoc eod. tit. disc. 26. super jurisdictione Ordinarii cum Prælato regulari, quantumvis exempto, ratione offensæ, vel turbatæ jurisdictionis. Verum reflectendo ad veritatem, dubitabam de applicatione præfati assumpti, quamvis alias de jure veris, quoniam id rectè procedit, quando actus jurisdictionalis nullum habeat titulum, vel fundamentum, sed quando Prælati inferior habeat in genere jurisdictionem in loco, vel in personis, cadat verò questio, quantum ista jurisdictione se extendat, sive quos casus

Card. de Luca, Lib. III.

comprehendat, tunc non tenetur Prælati facere judicem contra se ipsum, atque sibi restringere illam jurisdictionem, quam potius ampliare tenetur; Neque super hoc ipse Ordinarius videtur Judex comprehens, vel ubi etiam fit competens, est reuabilis ratione proptè interesse, tanquam agens causam propriam, juxta ponderationes, de quibus supra, disc. 47. & seqq. Ideoque aliud est agere de jurisdictionis defectu, ad effectum invaliditatis actus; Aliud verò ad effectum delicti, & pæne, cum ad hunc effectum requiratur temeritas, & malitia, à quibus qualibet causa, quamvis verè non subsistens, præsentia, vel opinata, excusat, ut pluries alibi advertitur, & præsertim sub tit. de alienat. & contract. prohibet. in proposito alienationis bonorum Ecclesiæ, ad terminos Extravag. Ambrosiæ, quod aliud est agere de nullitate alienationis, aliud verò de pæne in ead. Extravag. contentis, cum similibus.

NEAPOLITANA CENSURARUM, PRO ARCHIEPISCOPO, CUM PRIORE S. JOANNIS AD MARE ORDINIS HIEROSOLYMITANI.

Causa disputata in Rota, & resoluta in infra.

De eadem materia, de qua supra, disc. 27. An scilicet, & quando Ordinarius supponere valeat interdictio particulari Ecclesiam exemptam, & regularem, præsertim hujus Religionis, sive alias proferre censuras contra exemptos.

SUMMARIUM.

- 1. Facti series, & de statu Neapolitana Civitatis Cleri.
2. Resolutio causæ, & de ejus inspectionibus.
3. Omnes Regulares, & exempti tenentur accedere ad publicas processiones, atque ad id cogi possunt ab Episcopo.
4. De illis, qui sint ab hoc exempti, & de ratione exemptionis.
5. In specie de Clericis Ecclesiarum Hierosolymitana Religionis.
6. De observantia quid in hoc operetur.
7. Quod non sit solum omnis, & servitus, sed etiam præeminentia Ecclesiarum.
8. Conclusio de quantum, 3. non procedit in processione de votivis.
9. Quando Processiones sint publicæ, & obligatorie.
10. Episcopo asserenti in dicere processiones ex causa publica est obediendum.
11. Non possunt spernere fore & sub pretestu nullitatis, vel injusitæ.
12. An, & quando Ordinarius proferre possit censuras contra Regulares, alioque exemptos.
13. De ratione ob quam benigne interpretanda est jurisdictione Ordinarii super exemptos in casibus exceptivatis.
14. Civitas partis est de jure nature, & quando tolli possit per legem positivam.
15. Quid in casu notorietatis.
16. Ordinarius, qui in vim delegatæ jurisdictionis procedit cum exemptis, tenetur id exprimere.
17. De rationibus, ob quas Ecclesia ob delictum Clericorum, vel Prælati, interdictio supponi potest.
18. Quod censura inferatur contra corpora universalia, ut efficiant etiam innocentes.
19. Quomodo citentur corpora universalia.
20. De eisdem conclusionibus circa citationem, de quibus num. 14. & 15.
21. Quomodo ista materia regulari debeat.

D I S C.

Quamvis conspicua, & nobilis Neapolitana Civitas, ob magnam sitis amantitatem in Europa, magnitudine Magnatum, ac Baronum, aliorumque Nobilitum, & populi numerum in Italia primum occupet locum, atque in his qualitatibus in spiritualibus etiam fit nimium dives conspicuis Templis, ac Religiosorum utriusque sexus Monasteriis materialibus; Pauper tamen dixi potest in Clero seculari, & in Ecclesiis formalibus, dum excepta Ecclesia metropolitana, que pro ejus intrinsicæ, & necessitatis natura, Canonico-rum, & hebdomadariorum Collegia habet; alia non adsum formalia Collegia, uno excepto in Ecclesia S. Joannis majori.

ris duodecim hebdomadariorum, quod pro Urbis praefectim moribus, illi potius ignobili, ac mechanico muneri totum est additum, de quo agit *sub titulo de Paroch. disc. 28.* Quinimo ipsius Ecclesiae Metropolitanae Capitulum antiquos motus forsan parum laudabiliter continuando, illam non conservat majestatem, quae adeo magna Civitatis primario Ecclesiastico corpori congruere videtur, ob facilem, ac frequentem mercenarium interventum in illis functionibus, de quibus in enunciatio *disc. agitur.*

Hinc proinde sequitur, ut tam magnus Ecclesiarum secularium numerus, quae in cultu magnarum Collegiarum figuram faciunt, servitium, & famulatum habeat a Sacerdotibus, & Clericis manualibus sub mensura, vel annuo stipendio conductis, ad administratum nutum amovibilibus juxta illas hujusmodi manualium Clericorum species, de quibus agit *sub tit. de benef. disc. 80.* ac etiam per *Rota dec. 261. p. 12. & 2. p. 13. rec.* Eademque naturam de facto fortuntur quoque aliquae Ecclesiae Regulares, praesertim vero superius infirmata S. Joannis ab mare Ordinis Hierosolymitani, & altera S. Antonii Abbatis vagant Aegypti, seu Viennensis, dum earum servitio, & cultui vacant multi saeculares Clerici, & Presbyteri manuales, & conducti, ut supra, qui cum in eis non verificentur tria requisita, de quibus supra *disc. 4.* idcirco aliorum saecularium Clericorum ad instar, in omnibus subiacenti Episcopo, & aliquibus exceptis, in quibus Apolliticis indultis, vel ex antiqua consuetudine, earundem Ecclesiarum exemptarum Praelatis, vel administratoribus subiacerent, ut etiam in plebibus Ecclesiarum saecularium sub Regia protectione, vel administratione existentibus praxis docet.

Eadem vero antiqua consuetudo praebet, hujusmodi Clerici, sub Ecclesiarum quibus inserviunt nomine, ac signis respectivè, in publicis, ac solemnibus processibus generalibus interveniant, & praesertim illa Corporis Christi, quae ab universa Catholica Ecclesia eandem habet magnam ac universalem solemnitatem, & in altera, pro ejusdem Civitatis moribus, magne quidem pompae, ac majestatis, quae singulis annis in primo Sabbato mensis Maji habetur, in mensuam translationis Reliquiarum S. Januarii primi illius Civitatis Patroni, & qua occasione praeparatum illud renovatur miraculum, cujus Ecclesia mentionem habet in Sacra Breviarij legenda in hujus S. S. commemoratione, quod (sunt verba praefata) *ejus sanguinis, qui in ampulla vitrea concretus aservatur, cum in conspectu capitis ejusdem Martyris ponitur, admirabilem in modum calidus fieri, & ebullire, perinde atque recens effusus esset, ad haec usque tempora cernitur.*

Praedictis itaque, vel similibus imminutibus processibus, Archiepiscopus publicis promulgare solet edicta, in quibus, sub Ecclesiarum interdictis, alioque comminatis penis, omnibus praecipitur, ut statuta hora intervenire debeant, idque in praemissis ordinariis functionibus nullam habere consuevit controversiam, utpotè in earundem Ecclesiarum redolens honorificentiam, ideòque ad hujusmodi comminationem penarum executionem, vel praesertim in devota nulla, vel nimium rara occasio dedit; Itaque functiones ob immemoram Clericorum hujusmodi constant mirabiliter numeroe cernuntur, ex aliqua tamen monstruositatis specie, tot scilicet pedium millium fine duobus, aut tam magne plebis, abique ulla, vel comparative nimium modica notabilitate, ad instar popularium Civitatum Apuliae maritimae, sive Yapygiae; Et è converso in his functionibus Urbis altera opposita cernitur monstruositatis, tot Ducum cum adeo patris militibus, sive tot nobilium cum nimium modica plebe, ad instar Senensis Civitatis, ac similium Etruriae.

Cum autem Clemens X. universale Jubilaeum indixisset, ad implorandam divinam elementiam pro defensione Christianorum in Regno Poloniae, adversus Orthomanicum Tyrannum, qui illud invaderat, pro ejusdem Jubilaei publicatione, Urbis, ac ejusdem Pontificis stylium imitando, Archiepiscopus solemnis, ac universalem indixisset processione, in qua cum praemissis edictis omnium interventum demandavit: In ea vero praemissarum Regularium Ecclesiarum S. Joannis, & S. Antonii Clerici non intervenissent; Hinc eandem Ecclesias interdictis suppedit, à quo appellatione interposita per eorum Priorem, & Commendatarium respectivè, postior Commendatarius Ecclesiae S. Antonii recursum habuit ad Sacram Congregationem Rituum, per quam juxta illum commendabilem procedendi stylium in forma extrajudiciali, & absque rigorosa subiectione apicibus, ac subtribus juris, in qua Sacra Congregatione Cardinalitiae adhibere solent, infirmam in *Relat. Curiae, disc. 15. & seqq.* recursum rejectus fuit, quoties non probaretur praesentia con-

traria consuetudo hujusmodi non probata. Alter vero Prior Sancti Joannis, sive universae Religionis Orator pro suorum privilegiorum conservatione, obtinuit causam appellationis committi in Rota coram Tava in devolutivo tempore, non impedito interim accessu in futurum, donec res judicata aliter statueret: Quare juxta stylium dato dabit, an censuram substatuatur *sub die 3. Martii 1674.* negativae potuit resolutorio; Non quidem ex deficiente necessitate accessus, minisque ex deficiente Archiepiscopali potestate ad hujusmodi censuras procedendi, ut in utroque ex parte Religionis in censuras privilegiorum praetendebatur, sed ex solo defectu citationis, quam post conventionem praecedere debere Rota censuit, ex eo quod in ejus termino aliquid juxta deducti potuisset impedimentum, quod legitimum produceret executionem.

Hinc proinde tres erant hujus causa inspectiones; Primò nempe super coactione, seu necessitate accessus. Secundò ea posita, an ob contraventionem Clericorum supponi poterit, vel in futurum valeat censuris ipsa Ecclesia. Et tertio, posita etiam affirmativa, an istud speciale interdictum, quod quatuordecim causam dederat, substatuatur, necne, ob praesentem citationis defectum.

Quatenus itaque pertinet ad primam inspectionem, illa patitur in duas distinguendae inspectiones. Unam scilicet generalem, & in abstracto, super necessitate accessus ad publicas, & solemnes processiones omnium non exemptorum, absque dubio obligatorias, an scilicet ipsa Ecclesia, vel ejus Clerici aliqui possentur speciali exemptionis praerogativa; Et alteram particularem super qualitate istius individuae processions, an effectus omnium obligatoria.

Super prima inspectione generali, dicebam scribens pro Archiepiscopo, quod regula hujus accessus est clara dispositione *Sac. Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 13.* omnes utriusque Clerici saecularis, & Regularis, quibuscumque exempti, vel privilegiis non obstantibus, teneantur intervenire in hujusmodi processibus, quoties specialis exemptio non adsumitur, ut verificetur in Clericis Regularibus nuncupatis Theatinis, & aliis nuncupatis seculis, quorum ad instar in plenitudine alii diversorum Institutuum Clericis Regularibus eadem exemptio concessa est. Eaque licet habeat rationem non divertenti à studiis, alioque exercitiis, artem pro illorum temporum conditione veram habuit rationem tollendi occasione controversiarum super praecedentia cum aliis Regularibus Ordinis Monachis, vel aliteris Mendicantibus, juxta tunc regnantem questionem, cujus mentio habetur *sub tit. de praemissis, disc. 24.* fed extra hujusmodi speciales casus limitatos, in contrarium est regula generalis per Concilium ubi supra statuta, ut advertitur in *annot. ad idem Concil. disc. 38.* & aliis pluribus.

Et in specie Capellanorum, seu Clericorum hujus Hierosolymitane Religionis, qui ad differentiam Conventualium, qui obedientiam nuncupantur, aliorumque Clericorum, qui ad instar esse solent servitio Ecclesiarum ejus Prioratum, & Commendarum, quod veniant sub regula plures resolutum esse per *Sac. Congregationem* resert diligens, & elaboratus *Barbo. in Sum. Apostolic. dec. collect. an. 607. n. 3.* Atque docet communis observantia, ut praesertim in Venetina Civitate mea patria, quod cum ibi extet Prioratus hujus Religionis, cum celebri Ecclesia Sanctissima Trinitatis, cujus praesentia in infirmatur *rit. de praemissis, disc. 35.* cuicque inserviant quamplures ex dictis Capellanis professis de obedientia, alioque saecularibus Clericis, adeo nobilibus Collegiata figuram facere videatur, isti omnes interveniunt in processione generali Corporis Christi, cum praecedentia supra omnes alios Regulares, accedendo immediate ante Capitulum Cathedralis, cum propria cruce; Exemptio enim, quam praxis in ista Religione docet, percutit alios duos Ordines ejus professorum militum scilicet Justitiae, & aliorum militum, qui dicuntur servientes armorum, dum illi defacto figuram faciunt potius saecularium, quam Clericorum, ideòque cum populo positus, quam cum Clero incedunt.

Fortius vero in hac facti specie ob duas circumstantias; Unam scilicet, quod isti Clerici essent saeculares, ideòque subditi Ordinarii, quoties in eis copulative non verificentur tria requisita, de quibus supra *disc. 4.* & infra *disc. seq.* Et secundo ob antiquam consuetudinem, per quam five illam dicamus praescriptivam, seu verius interpretativam, cessante videbatur omnis ratio dubitandi.

Quamvis etiam super ista consuetudine aliqui ex Scribentibus in contrarium, ingenium agendo, dicerent, quod sine scientia, & patientia Magni Magistris, & Religionis, ex solo facto hujusmodi Clericorum, quinimo Prioris, vel

Com-

Commendatarii, seu ejus Vicarii, non potuerit contra formam privilegiorum induci iurisverus, ex deductis supra, *disc. 2.* & aliis ibi proximis, in quibus in specie agit de exemptionibus, & privilegiis hujus Religionis; Atamen, ut ibidem in contrarium motivatur, super puncto, quod Prior, & Commendatarii sint legitimi administratores, atque cum eis acta geri, seu praescribi valeant: Dicebam cessare dicti assumpti applicationem ad casum, cum praedicta dubitandi ratio intret quando agitur de formali, & vera praescriptione redolente amissionem juris clari, & certi, adeo ut ageretur de servitute praedicti certae libertati, secus autem in praesenti, quod vel certum est exemptionem hujusmodi non competere ob dictam regulam generalem, ac etiam ob insinuatam circumstantiam, quod ageretur de Clericis saecularibus, non autem de Regularibus professis hujus Religionis, vel scilicet negari non possent rem esse probabiliter ambiguum, ideòque nimium operativa esse deberet observantia, cum attendendo potius tamquam interpretem, juxta adeo frequentem insinuatam distinctionem inter observantiam interpretativam, & praescriptivam, ut prima non exeat ea requisita, quae in altera desiderantur, ut praesertim *sub tit. de judic. disc. 27.* ubi de materia praescriptionis.

7. Eaque quoque ponderatione accedente, quod dici non poterit agi de vera servitute praedicti, & consero, dum potius licet intervenit redoleat in ipsis Ecclesiis inferioribus honorificentiam, vel praerogativam, dum sub proprio vexillo earum Clerici interveniunt, adeo ut hujusmodi consuetudine introductum videatur quoddam sui reciprocum, vel correspondivum, ut volens non possit Archiepiscopus eos volentes intervenire, non admittere; Et per consequens, ut ex natura correlativorum, non possint ipsae Ecclesiae denegare eundem interventum, quem ab Archiepiscopo inviti exigere possent; Ac propterea haec prima inspectio videbatur elata pro obligatione interventus in processibus publicis, & generalibus, sub dicto Concilii decreto cadentibus.

In altera autem particulari inspectione applicationis ad factum, an scilicet ista processio esset publica, necne; Scribentes pro Religione, seu Prioratu dicebant, & bene idem quod habetur deductum in *Miscell. Ecclesiast. l. 14. disc. 2.* ut scilicet Episcopus non possit etiam Capitula, & Clericos immediate subiectos Ecclesiarum non exemptarum cogere ad interveniendum in processibus voluntariis, quae devotionis, vel pietatis gratia fiant, cum ista obligatio intelligatur de verè publicis, & generalibus, qualis regulariter est superius infirmata Corporis Christi, vel illa Sancti Marci, quatenus ista pro loci consuetudine eandem formam habeat; Et per consequens multo minus cogi possunt Clerici Saeculares, vel Regulares Ecclesiarum exemptarum.

Verum admittendo qualitatem propositionis in abstracto, dicebam fallaciam consistere in applicatione, quamvis etenim Rituali Romano arguere liceat affirmativè, quod scilicet illae processiones, quae in eo praecipiuntur in forma publica, & solemni, dicantur necessariae & obligatoriae; Non tamen idem intrat argumentum negativè, quoniam pro loeum, vel Diocetum, aut provinciarum moribus, quamplures adsumunt processiones nimium solemnes, & publicae, quae necessariae dicuntur ex consuetudine, adeo ut sine magno scandalo omitti non possint, neque consuetudo solemnitatis, vel pompa nimii; Puta (loquendo de ista Civitate,) ut est superius enunciata, quae fit in primo Sabbato mensis Maji in commemorationem translationis reliquiarum Sancti Januarii; Ac propterea ista non dicitur materia capax regulae certae, & generalis, cum remissum sit arbitrio Episcopi, una cum Capitulo id decernere, quando causa publica id iuste exigat, juxta declarationes *Sac. Congregationis* relatas ab eodem elaborato, & diligenti, nimium quidem in hac parte commendabili, *Collectore Barbo. in dicta Summa Apostolic. dec. verbo processio, collect. an. 606. n. 23.* Frequenter enim contingunt accidentia, ob quae necessitas praecisa, vel causativa hujusmodi functiones exigat, etiam cum aliqua majori solemnitate, quae sint solite, & necessaria, ut supra; Ut (loquendo de eadem Civitate) in nostra aetate praxis decuit in illis processibus, quae de mense Decembris anni 1631. meo Scholari in ea commorante, habite fuerunt occasione incendii Montis Vesulivii, quoniam cum longè majori solemnitatis, & devotione, ac populi copia illa habite fuerunt, quam sint supra dictae Corporis Christi, ac Sancti Januarii, & praesertim quod, non solum processionaliter transportatae fuerunt Reliquiae Sanctorum Protectorum reclusae in thesauris argenti in Capella, quae Thesaurus quocumque, de qua particulariter agit *sub tit. de praemissis,*

*disc. 12.* Ac etiam in proposito hujusmodi processionum, & reliquiarum *sub tit. de regul. disc. 20.* sed ut populo cupienti, & pro illius moribus acclamanti satisficeret, quamvis apud prudentes parum commendabiliter, in arca vitrea ad id de novo confecta, processionaliter, per latiores fines transportatum fuit corpus Beati Jacobi de Marchia, quod integrum & omnibus visibile aservatur in Ecclesia S. Mariae de Nove Ordinis Minorum Observantium, ideòque proflus fabulosum fuisset asserere, quod hujusmodi processiones non essent necessariae, eo quia à Rituali non perciperetur, vel quia non essent solita.

Quare applicando ad rem, cum causa ejus indictionis effect absque dubio publica, utpotè concernens totius Christianitatis necessitatem, ac magnam utilitatem, atque haberetur Exemplum Papae in ipsa Urbe, utique absolutum esse dicebam, ut etiam per S. Congreg. Rituum, & per Rotam habitum fuit, quod ista esset processio publica, & obligatoria, atque apud *Barbo. d. Collect. 606. n. 23.* in specie agitur de ista causa indictionis Jubilaei.

Ponderando etiam, quod ubi omnino certum, ac notorium non sit, quod processio sit merè voluntaria, & ex sola devotione, vel majori solemnitate alicujus festi particularis, atque Ordinarii in consuetis edictis, illam declarat publicam, & necessariam, ideòque omnibus utriusque Cleri praecipit interventum, tunc licitum esse non debet subditi se constituti iudices supra Ordinarium, illumque redarguere de mendacio, atque sub hoc praetextu non parere, sed obdare debent, deindeque recursum habere ad S. Congreg. vel alios legitimos Superiores pro declaratione, ut in futurum Ordinarius abstineat, atque ita consultum remaneat conservatori privilegiorum, ne illis praedictorum censeatur per illum interventum; Ad instar eorum, quae habemus in materia attentatorum in spreum inhibitionis *sub tit. de judic. disc. 18.*

Illud verò est unum ex majoribus inconvenientibus, quae in Catholica Ecclesia dignoscantur, quoniam occasione censurarum, quae profertur contra personas particulares, vel respectivè contra Civitates, vel Capitula, aliaque corpora universalia, quando potentia laicalis de facto assilant, adeo ut non sit practiceabilis temporalis coercitio cum penis personalibus, vel realibus ad observantiam censurarum, Teologi, & praesertim Regularis, cum eorum formalitatibus, vel generalibus propositionibus, male tamen applicatis, licitum reddunt, quinimo consulant, earum publicum exemplum praebant, ut in currenti saeculo, nostraque aetate etiam in censuris per ipsum Summum Pontificem praxis non semel docuit, cum magno honorum catholicorum scandalo, & haereticorum substantatione sub hoc praetextu injulitiae, vel nullitatis, ita scilicet consuetudine judicis.

Major autem conneque tota disputatio in hac facti specie ex parte scribentium pro Religione erat super altero puncto defectus potestatis, procedendi ad hujusmodi censuras in genere contra personas, & Ecclesias, tam ob generale privilegium exemptivum à jurisdictione Ordinarii, tum fortius ob speciale, ac individuum super censuris, ex his quae habentur in *d. Miscell. Ecclesiast. disc. 13. & seq. & supra, hoc tit. disc. 29.*

Super hoc autem, scribens pro Archiepiscopo, deducebam eadem, quae locis citatis habentur, quod scilicet distinguendum est inter censuras illatas à lege, & alias prolatas ab homine; In prima etenim specie, difficultas esse solet potius facti, quam juris, an scilicet illud delictum, ex quo resultat incursum censuratum illatum à lege, fit notorium, vel ita certum, quod nullam exigat causae cognitionem; Et tunc verius sit, ut Ordinarius, dicto privilegio non obstantè, censuras deelarare, seu publicare valeat, cum id non faciat tamquam Iudex, sed potius tamquam denunciator, ita in proprio territorio sibi commissum populum monendo, ut sciat oves morbosas, à quorum commercio abstinere debeat, adeo ut processus, qui de sepe fiat, sit ad solam informacionem, atque ut ex actis pateat illa notoria, vel certitudo, quae in effectu adit; aut verò factum, vel jus, & fortius utrumque probabilem habet ambiguitatem, adeo ut formalis causa cognitio adhibenda veniat, an adit, necne incursum censuratum à lege comminatum, ac propterea Ordinarius gerat, atque assumat partes formales judicis, juxta speciem illius distinctionis, quam in beneficiis habemus inter exequutorem merum, & mixtum, Et tunc recitè intrent privilegia, & in his terminis intelligendi veniunt Fagnan. & alii firmantes hunc defectum potestatis ex deductis locis citatis.

In







quoad censuras; Secundo posito, quod inferri potuisset censura personalis excommunicationis contra delinquentes, an procedi poterit ad alteram localem interdicti; Et tertio, super eisdem interdicti remotione, an scilicet de illa, ex parte Archiepiscopi doceri deberet per scripturam.

Quatenus pertinet ad primum, repetebam eadem fundamenta, de quibus supra, d. difc. 28. ac etiam in *Miscellan. Ecclesiasticis*, d. difc. 33. cum plur. seqq. in quibus agitur de potestate Ordinarii inferendi censuras contra Regulares, aliisque exemptos, in iis casibus, in quibus eius ordinaria, vel delegata iurisdictioni subiacent; Repetendo quoque modorum, & presertim Moralium, non distinguendi tempora, & non reflectendi, quod per Constitutionem 18. Gregorii XV. que vulgo nuncupatur de exemptorum privilegiis, aliisque posteriora Apostolica decreta, sublata sunt illae difficultates, quae neque prius vigeant, sed inductae fuerant ab ipsis Moralibus scriptoribus, qui utpote curantes tueri causam propriam, enixe student Ordinarium potestatem restringere; Laudabile siquidem est, ut Regularibus conferrentur privilegia eis concessa per Sedem Apostolicam, de qua, ac etiam de Catholica Fide sunt optime meriti, seu in suis casibus, in quibus eadem Apostolica Sedes, illa vigeat, non autem in iis, in quibus moderata est, cum illi reverti debeat ad priorem statum, & antiquam subjectionem, tanquam per remotionem obstructi.

Quo vero ad secundum punctum interdicti Ecclesiae, in quo inhabitebatur magis, quodammodo admittendo invaliditatem excommunicationis; Advertebam quod aut invaliditas deducebatur ex capite iustitiae, ex eo, quod ipsa Ecclesia tanquam incapax delicti, & culpa luere non debet poenam criminum commissorum per eius Clericos, & servientes; Aut deducebatur ex praefato defectu iurisdictionis.

Primo casu, nil referre dicebam, an Ecclesia esset exempta, necne, cum etiam in Ecclesiis secularibus, & subditis idem procedat; Sed hoc erat extra punctum quaestionis, quae vertebatur super defectu potestatis ratione exemptionis, ac etiam, quia ut eodem *difc. 29.* advertitur, cum ipsa Ecclesia fuerit causa inconvenientis, merito ut scandalo melius consideretur, ista censura quoque adhibita fuit.

In altero autem casu inopugnationis ex defectu potestatis dicebam, quod cum privilegium exemptivum loquatur, de censuris in genere, hinc eadem est ratio censurarum personalium, ac localem, ex vulgari axiomate, quod lex generaliter loquens, generaliter intelligenda est, sive ex altero axiomate, quod una, & eadem dispositio respiciens plura determinabilia, debet omnia pariformiter determinare.

Praeterea observabam, quod quando exemptio intraret, magis suffragari deberet per censuram personali excommunicationis, per Scribentes non impugnata, quam pro ista locali; Tum quia est longe gravior, utpote amittens animam cum gravissima poena damnationis aeternae, & privationis beneficiorum, & favorum spiritualium; Tum clarius, quia magis proximae, ac directe percutit ipsas personas Regulares exemptas, quam faciat interdictum Ecclesiae, quod ut advertitur in hoc eod. *Supplemento*, *difc. 99.* magis percutit punitionem cleri, & populi secularis, subiecti eidem Ordinario, ne in illa Ecclesia divina officia petagere, vel audire valeat, dum ipsi regulares exempti, ad forum privilegiorum normam, januis clausis id petagere possunt, quando aliqua pecullaris ratio habeat prohibitionem quoque non suadeat.

Et ex qua ratione in supra allegata *difc. 99.* advertitur, quod licet Praelati Regulares coercere possint eorum subditos, etiam cum censuris personalibus, non tamen possunt ad istam censuram Ecclesiae devenire, cum revera non adiciantur subditis, sed potius clero, & populo seculari, cum quo ipse inferior Praelatus iurisdictionem non habet.

Demum quoad tertium punctum amotionis interdicti, an scilicet praesens requiretur scriptura, non curavi desuper matrum adhibere studium, neque veritatem articuli ex processu inquirere, cum non putarem necessarium, aliis quoque prohibentibus occupationibus; Tum quia ob lapsum temporis, adeo diuturni annorum 20. cessante omnimoda resistit legis intrat praesumptio, quod res fer. fer. gesta fuerit, ex iis, quae habentur deducta in materia praesumptionis solemnitate *sub tit. de dote, difc. 142. & sub tit. de alienat. & contrah. prohib. difc. 1. & alibi*, donec per allegantem negatam, de ista doceatur, cum adhiberi poterit scriptura, quae ex negligentia Notarii, vel alius perierit, flante quod non erat res, quae haberet tractum successivum.

Et clarius, quia cum interdictum fuerit iam, ut supra; banonizatum tanquam valide appositum per Sac. Congr. Hinc proinde intrate dicebam dilemma, quod aut recurrentes dicebant, illud esse benedictum, & tali casu illud finit; Aut negabant, & tunc loqueretur, quod interdictum adhuc firmum esset, ac propterea emanare debuit resolutio declarans Ecclesiam adhuc subiacere interdicto, atque severè puniendos esse eius Clericos, & Ministros, de temeritate illud tandem sperandi. Atque ita in penam huiusmodi verè irrationabilis, ac imprudens recensus, in animo plurimum erat rescribendi, nisi major prudentialitatio eos coercuisset, ne in populo scandalum generaretur, atque injiceretur serupuli in iis de clero, & populo seculari, qui ibi divina peregerunt; Ubi etenim tenenda esset opinio, quod iste actus fieri deberet per scripturam, ut ita solvatur vinculum, eo modo, quo est illatum, attamen id operabitur, ut Episcopus male agat, non tamen inferri potest ad effectum, de quo in praesenti quaestione, à qua proinde id remanebat extraneum.

BAREN. MATRIMONII, INTER A. ET B.

Casus disputatus in Signatura Iustitiae, resolutus pro A. scilicet utque ulteriori progressu.

An mulier, quae litem habet cum viro super foedere matrimonii, habeat privilegium electionis fori, tanquam habenda per viduam, ex eo, quod habeat virum inutilem.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Mulier uxorata habens virum inutilem reputatur tanquam vidua.*
- 3 *An causa matrimonialis sint Curiales, ut etiam in prima instantia cognosci debeant in Curia.*
- 4 *Auditor Camerae an cognoscat causas matrimoniales.*
- 5 *Privilegium electionis fori intelligitur inter aequo competentes.*
- 6 *Declaratur conclusio, de qua n. 2.*
- 7 *An privilegium concessum miserabilibus personis in legum. Cod. quando Imperat. procedat in causis spiritualibus.*

D I S C. CV.

Cum iuxta similem casum, de quo *sub tit. de matrim. difc. 6. A.* vir in patria nobilis, in fragranti capitis cum B. ex honestis, & civibus parentibus, cum qua sub fide matrimonii (ut supponebatur) deforata conversationem habuerat, eam desponsare coactus esset; In libertate vero postus super matrimonii, utpote per vim, & metum contracti nullitate, causam coram Ordinario introduxisset; Hinc mulier, ex privilegio text. in *l. unie. C. quando Imperat.* suspectum forte habens Ordinarium, illum declinando forum, alterum elegit in Curiam Tribunalis A. C. à quo propterea solitam obtulit inhibitionem, pro cuius moderatione, ac remissione causae ad Ordinarium, adita fuit Signatura Iustitiae, à qua credo, quod pro moderatione rescriptum fuerit, ulteriorem vero progressum causa non habuit, quis forte vir acquieverit.

In hac igitur disputatione, in qua pro viro scribebam; Agentes pro muliere, qui Virgo ex propria confessione dicebat non poterat, minuique vidua, dicebant adhuc dicitur privilegium electionis fori competere, ex eo, quod esset uxorata habens virum inutilem, quae vidua propterea exequenda est, ex deductis per Novat. *de elect. fori, sect. 2. q. 7. n. 2. & 3. ubi concordantes.*

Et quod in omnem eventum, cum causa foederis matrimonii in iure reputetur gravis, idcirco cognosci debet in Curia, etiam in prima instantia, ad eum in ea cadere limitatio contenta in Decreto Concilii Tridentini, *sess. 24. de reform. c. 20.* ut graves causae etiam in prima instantia ab Ordinariis locorum advocari possint, atque in Curia cognosci, ex deductis per Marchet. *de commissi.*

Utramque tamen petitionem, etiam cum sensu veritatis, iniustam dicebam; Quatenus enim pertinet ad secundum punctum super causae Curialitate, modicum oportuit adhibere laborem, quoniam ad aliquos menses, in alia causa matrimoniali Nolana magis qualificata, utpote internobiles, hinc inde majoris sphaerae, in qua ex alio defectu solemnitate, vel formae nullitas ex parte Patris Mulieris pre-

tendebatur, punctus jam decus fuerat; Cum etenim mo scribente pro viro, adita fuisset eadem Signatura Iustitiae pro remissione causae ad Ordinarium Nolanum, adversus inhibitionem Metropolitanam Neapolitanam, qui manus in causam apponerat, atque rejecta fuisset haec petitio; Hinc quidam Curialis committit debet in Rota, sed petitio rejecta fuit, & non acquiescendo rescripto Signaturae adit Sacram Congregationem Concilii, quae pariter idem bis respondit; Et merito quidem, adeo ut chymericum istud opus nihil videretur, dum idem Concilium Tridentinum *difc. 20. sess. 24. de reform.* cognitionem causarum matrimonialium in prima instantia praesupponit, non solum in Episcopis, & Ordinariis Diocesanis, sed etiam in Praelatis inferioribus, dum ab istis eas advocat, eaque ipsis Ordinariis, seu Diocesanis delegat; Talisque est inconcussa praxis, quod scilicet, causae matrimoniales, tam fore federe, quam etiam super separatione thori, quae in tota Rota decisionibus leguntur, ad Curiam devolvatur fuerunt in gradu appellationis, in secunda instantia, vel tertia à Metropolitanis, vel à Nunciis; Unde propterea in dicta Nolana, de plano rescriptum fuit cum omnium Patrum concordii voto, rejiciendo dictam praesentionem.

Quo vero ad primum punctum electionis fori ex privilegio concessio miserabilibus personis; Quando etiam hoc privilegium intraret, adeo ut causa cognosci debuisset in Curia, adhuc facilis fuisset advocatio ab hoc Tribunali, & quae commisso in Rota, quoniam licet Auditor Camerae praetendebat, vigore suarum facultatum cognitionem etiam habere causarum matrimonialium, & beneficiorum; Sensus tamen utriusque Signaturae, atque hodierna praxis sunt in contrarium, potissimum vero in causis matrimonialibus, quando verè, & proprie sint tales, quia nempe de matrimonii foedere principaliter agatur, ut insinuat in *relatione Curiae, difc. 34.* Ac propterea suffragari non poterat privilegium electionis fori, quoniam ut in praecedentibus advertitur, & praesertim *difc. 69.* certum, ac extra controversiam est, ut istud privilegium intelligendum veniat data competentia in genere, & inter plures Iudices competentes diversorum locorum, non autem in eodem loco, adeo ut privilegium importet solum quandam perverfionem ordinis instantiarum, ut Iudex secundae, vel ulterioris instantiae, recursum, in prima instantia adiri valeat, non autem, ut incompetenti competendum tribuatur; Neglecta vero fuit haec inspectio, dum desiderabatur remissio ad partes, ideoque sola disputatio fuit, an intraret istud privilegium ex dicto capite mulieris uxoratae habentis virum inutilem.

In hoc autem, in eodem sensu veritatis, dicebam improbabile esse huiusmodi praesentionem, quoniam cum in vidua privilegium intrat cum tertio, non autem cum habentibus ipsius viri pro repetitione dotium, tanquam in casu conaturali, & praefato, ex deductis per eundem Novat. *tratt. de elect. fori, sect. 2. q. 7.* Multo vero magis in isto casu, in quo incertum erat, an mulier dicenda esset simplex inhonesta, vel corrupta mulier, & sic non virgo, neque vidua, neque uxorata; Et per consequens, quod non adaptaretur ea, quae supra habentur de muliere habente virum inutilem viduae exequanda, cum procedat in ea muliere, in qua cadit eadem ratio comminationis, ob infornium à viro passum, quo non sequitur, ut contingit, ista mulier haberet defensionem ipsam virum, ut contingit, quando vir esset banitus, vel exul; aut in traheribus, ut advertitur apud supra allegatos; Secus autem, dum lis est cum ipsomet viro, qui dicit non potest oportunitus defensor, si impeditus non esset, ideoque non adaptatur illa ratio, cum haec extensis mixta est; Alias etenim, non per vim privilegii particularis, ob accidentalitatem qualitate miserabilitate, sed pro regula generali in huiusmodi causis, sive agatur de foedere matrimonii, sive de separatione thori, quinimo etiam in causis profanis, in quibus inter conjuges de assecuratione dotis, vel de alimentis, aliisque contingentibus quaestio esset, istud privilegium electionis fori, semper dandum esset, cum semper eadem intraretur docti, quod utique esset inconveniens, atque contrarium docti praxis generalis.

Ponderabam quoque, quod cum istud privilegium pertinet à dispositione juris civilis, sub quaestione est, an illud in causis fori Ecclesiasticis locum habere debeat, plerisque negantibus; Et quoniam Curia contrarium receperit, & praecitet; Attamen ista praxis procedit in illis causis, quae naturaliter, & intrinsece sint profanae, accidentaliter tamen ratione personarum, vel ex alia accidentali circ-

cumstantia ad Ecclesiasticorum forum pertineant, ex infirmitate supra, *difc. 69. & alibi*, ideoque id potius provenire videtur ex quodam stylo Curiae, quae potius unam, quam alteram sequitur opinionem; Et propterea ad ejusdem styli limites, id admittendum est, in praefato genere causarum, quae ex earum intrinseca natura, seu qualitate, sint indifferentes, ac profanae, cum dispositione ejusdem juris civilis, saltem pro majori frequentia regulanda, non autem in illis, quae juri civili ignota sunt, atque ab ejus dispositione exemptae, sive extraneae, utpote intrinsecae, atque de earum natura spirituales, & Ecclesiasticae, quales sunt istae matrimoniales, ac beneficiales, & similes, in quibus dictus stylus non urget.

URBINATEN. PECUNIARIA PRO CAROLO ALBANO

CUM ETRURIAE M. DUCISSA VICTORIA ROVEREA ULTIMI DUCIS URBINI HEREDE.

Casus disputatus in Signatura Iustitiae, spissus per concordiam.

De foro Fisci, an conveniat privato, qui à Fisco causam habeat, sive cum Fisco interesse connexum, ut cessare faciat privilegium Curialitatis, quod in Curia Eugeniae dicitur, vel illud, *sonic. Cod. quando Imperat.*

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *De privilegio Curialium, & de Eugeniense.*
- 3 *De foro causarum, in quibus Fiscus habeat interesse.*
- 4 *Cessionarius Fisci potitur eodem foro, & privilegio.*
- 5 *Privilegium personarum miserabilium non predestat isto casu.*
- 6 *De eodem foro Fisci in statu Ecclesiastico.*
- 7 *Dammator abusus imponendi in superfluis.*
- 8 *In bonis feudatariis defuncti alodialibus Fiscus non habet interesse.*
- 9 *Quando habere dicitur interesse.*
- 10 *Declaratur conclusio, de qua num. 4. super territorio Fisci.*
- 11 *Communicatio privilegiorum Fisci, quod operetur.*
- 12 *De iudicibus causarum Fiscalium, seu Cameralium Status Ecclesiasticis.*
- 13 *De iudicibus particularibus Ecclesiasticorum, vel piorum locorum.*
- 14 *De eodem privilegio Curialitatis, de quo num. 2. ut dicitur publicum.*
- 15 *Quod praevaleat privilegio l. unie. Cod. quando Imperat.*
- 16 *Quod etiam in causis Fiscalibus sit practicable privilegium Eugeniense, vel alterum d. l. unie. C. quando Imperat.*
- 17 *Quid proprie contineat dictum privilegium l. unie.*
- 18 *In quo puncto reseraret huius causa difficultas.*
- 19 *An bona patrimonialia Principis gaudeant privilegio Fiscalibus.*
- 20 *An Barones, & feudatarii minores habeant verum Fiscum.*
- 21 *De causis Fiscalibus per assimilationem.*

D I S C. CVI.

In ea inter Apostolicam Sedem, & ultimum Urbini Ducem in inita concordia, & praesertim *sub tit. de feud. difc. 1. & 3.* Sive in alia, quae postmodum facta esset, concessione praefate Victoriae dicti ultimi Ducis ex filio defuncto nepis, honorum alodialium heredi, pro eorumdem alodialium bonorum commodiori frustione, ac etiam pro exactione nominum debitorum, aliorumque iurium super alodiali hereditate cadentium, facultas continetur habendi in prima, & in secunda instantia Iudices particulares, ab eadem Victoria nominandos, atque per Papam deputandos, qui summarie, & in quadam privilegiata forma, eo modo, quo in Fiscalibus causis procedere possent, contra debitores, vel honorum detentores, ut de facto à devolutionis tempore citra practicum fuerit.

Cum tamen praetendatur, quod hereditas Horatii Albani esset praefati Ducis debitorum in quadam summa, iuxta feriem, ac qua *sub tit. de credito difc. 125.* Ideoque Carolus praefati Horatii filius, & heres coram praefatis Iudicibus, vel eorum altero evocatus esset; Iste autem, nimirum qualificatus alicuius Curialis, in vim Eugeniense Constitutio-